

dicere quingentis amplius et Homerum, habens quos sequar. Cæteri quoque prophetæ, etsi Moysi postulant, extremissimi tamen eorum retrosiores^a deprehenduntur primoribus vestris sapientibus, et legiferis, et historicis.

62. Hæc quibus ordinibus^b probari possent non tam difficile est nobis exponere, quàm enorme; nec arduum, sed interim longum: multis instrumentis^c cum digitorum supputariis gesticulis adsidendum est. Reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum; advocandi municipes eorum per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon^d Ægyptius, et Berosus^e Chaldæus, sed et Iromus^f Phœnix Tyri rex; sectatores quoque eorum, Mendesius Ptolæmeus, et Menander Ephesius, et Demetrius Phalereus, et rex Juba, et Appion, et Thallus, et, qui istos aut probat aut revincit, Judæus Josephus antiquitatum

^a *Retrosiores* (de *retro*, en arrière, éloigné), postérieurs, plus anciens, plus éloignés, plus reculés. On ne le trouve que dans Tertullien.

^b *Ordinibus*, raisonnements, enchaînements de preuves ou de faits.

^c *Instrumentis*, documents à consulter.

^d Manéthon, historien, garde des archives sacrées dans le temple d'Héliopolis, vivait sous le règne de Ptolémée-Philadelphie, 263 ans avant Jésus-Christ. — Il avait écrit une histoire de l'Égypte, dont Josèphe, Eusèbe et Georges le Syncelle citent quelques fragments.

^e Bérose, présumé contemporain de Manéthon, est peu connu. Annius, de Viterbe, avait publié, en 1545, une histoire en cinq livres, portant le nom de Bérose, mais faussement à ce que l'on croit.

^f *Iromus*, ou *Hiramus*, pourrait bien être le fameux Hiram, l'allié de David et de Salomon. On nous dispensera de donner une notice sur tous les écrivains cités; ici Josèphe seul a quelque importance.

judaicarum vernaculus vindex^a. Græcorum etiam censuales^b conferendi, et quæ quando sint gesta, ut concatenationes temporum aperiantur, per quæ luceant annalium numeri. Peregrinandum est in historias et litteras orbis. Et tamen quasi partem jam probationis intulimus, cum per quæ probari possint aspersimus^c. Verum differre^d præstat, ne vel minùs persequamur festinando, vel diutius evagemur persequendo.

CHAPITRE XX.

L'accomplissement des prophéties, contenues dans ces livres, prouve qu'ils ont Dieu pour auteur.

63. Plus jam offerimus pro ista dilatione, majestatem Scripturarum, si non vetustatem. Divinas probamus, si dubitatur antiquas. Nec hoc tardiùs, aut aliunde descendum. Coràm sunt quæ docebunt, mundus, et sæculum, et exitus^e. Quidquid agitur, prænuntiabatur; quidquid videtur, audiebatur. Quòd terræ vorant urbes^f; quòd insulas maria fraudant^g; quòd externa atque interna bella dilaniant^h, quòd regnis regna compulsantⁱ; quòd fames et lues^j et locales^k quæque clades et frequentia pleraque

^a Défenseur naturel.

^b *Censuales*, les rôles du cens ou recensements, ou les rédacteurs de ces écrits.

^c *Aspergere*, répandre çà et là, indiquer sommairement. Expression fort heureuse.

^d *Differre*, différer, remettre à un autre moment.

^e *Exitus*, les événements, les faits de l'histoire, l'accomplissement.

^f Les tremblements de terre.

^g Les royaumes heurtent contre les royaumes. — Ces divers membres de phrases si heurtés font sentir le choc des éléments.

^h Matth. xxiv, 7. — ⁱ Luc. xxi, 23. — ^j Matth. xxiv, 6. —

^k Ibid. 7. — ^l Ibid. — ^m Luc. xxi, 11.

montium vastant^{a1}; quòd humiles sublimitate, sublimes humilitate mutantur²; quòd justitia rareseat et iniquitas increbrescit³; bonarum omnium disciplinarum cura torpescit⁴; quòd etiam officia temporum et elementorum munia^b exorbitant⁵; quòd et monstris et portentis naturalium forma turbatur, providenter scripta sunt. Dum patimur, leguntur; dum recognoscimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium divinitatis, veritas divinationis.

64. Hinc igitur apud nos futurorum quoquè fides tuta est, jam scilicet probatorum; quia cum illis, quæ quotidie probantur, prædicebantur. Eædem voces sonant, eædem litteræ notant, idem spiritus pulsant. Unum tempus est divinationi^c, futura præfanti. Apud homines, si fortè, distinguitur, dum expungitur; dum ex futuro præsens, dehinc ex præsentis præteritum deputatur. Quid delinquimus, oro vos, futura quoquè credentes, qui jam didicimus illis per duos gradus credere?

CHAPITRE XXI.

Différence entre les chrétiens et les Juifs. Jésus-Christ; sa divinité, son histoire, ses mystères.

65. Sed quoniam edidimus antiquissimis Judæorum

^a Ce passage offre, selon nous, de grandes difficultés, surtout les derniers mots, qu'on lit diversement dans les différentes éditions: *Frequentium plerumquè montium; frequentia plerumquè mortium; esserventiam*, etc. Les calamités, les légions de bêtes fauves qui habitent les montagnes, désolent la plupart des Etats; ou autrement, si l'on trouve. Il serait surtout à souhaiter qu'on pût rétablir le texte.

^b *Officia... munia*, l'ordre, la régularité... les fonctions.

^c *Divinationi*, pour la prophétie, pour les prophètes.

¹ Apoc. vi, 8. — ² Matth. xxiii, 12. — ³ Ibid. xxv, 12. —

⁴ II Petr. iii, 12. — ⁵ Luc. xxi, 11.

instrumentis sectam^a istam esse suffultam, quam aliquantò novellam, ut Tiberiani temporis, plerique sciunt, profitentibus nobis quoquè; fortasse an hoc nomine de statu ejus retractetur^b, quasi sub umbraculo insignissimæ religionis, certè licitæ^c, aliquid propriæ præsumptionis abscondat; vel quia, præter^d ætatem, neque de victis exceptionibus neque de solemnitatibus dierum, neque de consortio nominis^e cum Judæis agimus, quod utique oporteret si eidem Deo manciparemur. Sed et vulgus jam scit Christum, ut aliquem hominum, qualem Judæi judicaverunt, quò facilius quis nos hominis cultores existimaverit. Verum neque de Christo erubescimus, cum sub nomine ejus deputari^f et damnari juvat, neque de Deo aliter præsumimus^g. Necessè est igitur pauca dicamus de Christo, ut Deo.

66. Tantùm Judæis erat apud Deum gratia, ob insignem justitiam et fidem originalium auctorum, unde illis et generis magnitudo et regni sublimitas floruit;

^a *Sectam*; dans le style de Tertullien et même de la Vulgate et des premiers écrivains catholiques, le mot *secta* ne se prend pas en mauvaise part; il signifie une société religieuse, une religion, une église.

^b *Fortasse an... retractetur*, possible qu'on parle, qu'on se serve de ce nom, de cette objection pour l'ébranler... Horace a aussi employé le subjonctif présent dans cette phrase :

..... Ut forsit honorem
Jure mihi invidet quivis.

^c *Licitæ*; depuis la conquête de la Judée, la religion judaïque était tolérée dans l'empire.

^d *Præter*, outre, non-seulement sous ce rapport, mais....

^e On sait que, d'après les prescriptions disciplinaires de leur loi religieuse, les Juifs s'abstenaient de certains aliments, qu'ils avaient leurs jours de fête particuliers, et portaient le nom de Juifs, à l'exclusion de tous autres individus.

^f *Deputari*, être désigné, comme à la fin du chapitre précédent.

^g Nous ne pensons pas autrement que les Juifs.

et tanta felicitas, ut Dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo Deo, et non offendendo præmonerentur. Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati, deviantes ab disciplina in profanum modum, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. Dispersi, palabundi, et cœli et soli sui extorres, vagantur per orbem sinè homine, sinè deo rege, quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur^a. Cùm hæc illis sanctæ voces præminarentur, eadem semper omnes ingerebant fore, uti sub extimis^b curriculis sæculi, ex omni jam gente, et populo, et loco cultores sibi allegeret Deus multò fideliores, in quos gratiam transferret, pleniorum quidem ob disciplinæ arctioris capacitatem^c. Hujus igitur gratiæ, disciplinæque arbiter et magister, illuminator atque deductor generis humani, Filius Dei annuntiabatur^d. Sed prius substantiam^e edisseram, et ita nativitatis qualitas intelligetur.

^a L'empereur Adrien avait porté des décrets qui écartaient impitoyablement les Juifs de toutes les contrées voisines de Jérusalem, au point qu'il ne leur était même pas permis de gravir les montagnes pour contempler du moins de loin et saluer le sol de leur patrie. La dispersion des Juifs paraissait à Tertullien un argument considérable en faveur du Christianisme. Que dire d'un argument qui depuis s'est fortifié de 17 siècles! (ALLARD.)

^b *Extimis*, derniers; *extimus* est le superlatif de *extremus*, qui a aussi *extremissimus*, comme on l'a vu plus haut. On dit encore : *intimus, ultimus, citimus*, superlatifs d'*interior, ulterior, citior*.

^c *Disciplinæ arctioris capacitatem*, l'aptitude, la capacité d'une discipline plus parfaite. D'autres lisent : *Disciplinæ auctoris capacitatem*, la dignité de l'auteur de la discipline.

^d Était annoncé comme Fils de Dieu. Lui-même s'est déclaré tel, et l'a prouvé par ses actes. Donc il l'est réellement.

^e *Substantiam*, l'essence, la nature. Ce terme, inconnu aux écrivains païens, est devenu très-usité depuis la venue du Sauveur, et a joué un grand rôle dans l'histoire et la philosophie.

67. Jam ediximus Deum universitatem hanc mundi verbo, et ratione, et virtute^a molitum. Apud vestros quoque sapientes λόγον, id est sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat^b factitorem, qui cuncta in dispositione formaverit. Eundem et fatum vocari, et Deum, et animum Jovis, et necessitatem omnium rerum. Hæc Cleanthes in spiritum congerit^c, quem permeatorem^d universitatis affirmat. Et nos etiam, sermoni atque rationi, itemque virtuti, per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus; cui et sermo insit pronuntianti, et ratio adsit disponenti, et virtus præsit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus^e, et prolotione generatum, et idcirco Filium Dei, et Deum dictum unitate substantiæ. Nam et Deus spiri-

^a Par son verbe, sa raison, sa puissance, en sorte que le monde est l'œuvre de la très-auguste Trinité, agissant par le Verbe; et Jésus-Christ est l'auteur et le réparateur de cette grande œuvre.

^b *Determinat*, désigne, ἐπιτίθει. Toujours on sent que Tertullien pense en grec, et n'écrit en latin qu'à regret : cette langue n'est pas assez savante pour lui; aussi semble-t-il s'en être créé une à lui, comme Bossuet pour la langue française.

^c *Congerit*, rejette, attribue, donne, prête, confère.

^d *Permeatorem*, répandu partout, qui traverse, habite et circule. Virgile a exposé cette idée dans un sens qu'on trouve un peu panthéistique :

Principio cœlum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem et magno se corpore miscet.

(*Eneid.* vi, 724.)

^e *Didicimus*, nous avons appris, on nous a enseigné. — Les enseignements du catholicisme viennent de Dieu, sont appris à son école et reçus de sa bouche. Ils ne sont point élaborés dans une tête humaine, ni formulés par une bouche faillible. Le catholicisme se transmet par tradition et a sa source totale en Dieu. Le rationalisme, au contraire, s'invente individuellement et ne saurait s'imposer à personne : il expire avec son auteur.

tus. Et cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa^a; sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus, ut lumen de lumine accensum. Manet integra et indefecta materiæ matrix^b, etsi plures inde traduces qualitatum^c mutueris. Ita et quod de Deo profectum est Deus est, et Dei Filius, et unus ambo. Ita et de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus. Modulo alterum, non numero, gradu, non statu fecit^d; et a matrice non recessit, sed excessit.

68. Iste igitur Dei radius, ut retro semper prædicabatur, delapsus in virginem quamdam, et in utero ejus caro figuratus nascitur homo Deo mistus. Caro spiritu instructa nutritur, adolescit, affatur, docet, operatur, et Christus est. Recipite interim hanc fabulam, similis est vestris, dum ostendimus quomodo Christus probetur. Sciebant qui^e penès vos fabulas ad destructionem veritatis istius æmulas præministraverunt; sciebant et Ju-

^a *Portio ex summa*, c'est une portion, une partie du tout. — Il est évident que toute comparaison cloche, et qu'aucune n'est une image parfaite et adéquate de la réalité qu'elle a pour but d'expliquer ou de représenter.

^b *Materia matrix*, la source de la matière, l'origine de la substance; foyer indéfectible, fontaine qui donne toujours et jamais ne s'épuise; principe d'où le Verbe sort sans le quitter, comme il est dit quelques lignes plus bas.

^c *Traduces qualitatum*, des conducteurs de qualités, des canaux, des ramifications qu'on y forme, qu'on y fait naître.

^d *Alterum... fecit*, ainsi le Verbe... a donné, a produit, a formé, est devenu, a été un autre, un second, par son mode d'existence, par sa manière d'être, et non par le nombre de sa substance, qui est toujours demeurée une; il est devenu second, distinct de son principe par le degré qu'occupe sa personne, et non par sa nature qui est identique avec celle du Père.

^e Il veut parler des démons qui inspirèrent la mythologie et inventèrent des histoires fabuleuses, pour contre-balancer l'histoire future de Jésus-Christ par une sorte de ressemblance.

dæi venturum esse Christum, scilicet quibus propheta loquebantur. Nam et nunc adventum ejus exspectant, nec alia magis inter nos et illos compulsatio est quam quòd jam venisse non credunt. Duobus enim adventibus ejus significatis: primo, qui jam expunctus est^a, in humilitate conditionis humanæ; secundo, qui concludendo sæculo imminet, in sublimitate divinitatis exertæ; primum non intelligendo, secundum, quem manifestius prædicatum sperant, unum existimaverunt. Ne enim intelligerent pristinum, credituri, si intellexissent, et consecuturi salutem, si credidissent, meritum fuit delictum eorum. Ipsi legunt ita scriptum, multatos se sapientiæ et intelligentiæ, et oculorum, et aurium fruge^b.

69. Quem igitur solummodo hominem præsumpserant de humilitate, sequebatur uti magum æstimarent de potestate; cum ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, cæcos reluminaret^c, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ, elementa ipsa famularet^d, compescens procellas, et freta ingrediens, ostendens se esse λόγον Dei, id est, verbum illud primordiale, primogenitum, virtute et ratione comitatum, et spiritu fultum^e. Ad doctrinam verò ejus quia revincebantur magistri primoresque Judæorum, ita exasperabantur, maxime quòd ad eum ingens multitudo deflecteret, ut postremo oblatum Pontio

^a *Expunctus est*, a été réalisé, exécuté; doit être rayé et effacé.

^b Allusion au passage d'Isaïe, XLIV, 18. *Nescierunt, neque intellexerunt....*

^c *Reluminare*, expression particulière à Tertullien: éclairer de nouveau, rendre clairvoyant.

^d *Famulare (famulus)*, asservir, assujettir, soumettre, dompter.

^e Accompagné de puissance et de sagesse, de force et de raison, et ayant l'esprit pour essence, étant basé sur une substance spirituelle.

Pilato, Syriam^a tunc ex parte Romana^b procuranti, violentiâ suffragiorum in crucem dedi sibi extorserint. Prædixerat et ipse ita facturos. Parùm hoc, si non et propheta retro^c. Et tamen suffixus spiritum cum verbo sponte dimisit, prævento carnificis officio^d. Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est. Deliquium utique putaverunt, qui id quoquè super Christo prædicatum non scierunt: ratione non deprehensa, negaverunt. Et tamen eum mundi casum relatam in arcanis vestris habetis^e.

70. Hunc Judæi detractum, et sepulcro conditum, magnâ etiam militaris custodia diligentia circumsederunt, ne, quia prædixerat tertiâ die resurrecturum se a morte, discipuli, furtim amoliti cadaver, fallerent suspectos. Sed ecce, die tertiâ, concussa repente terrâ, et mole revolutâ quæ obstruxerat sepulcrum, et custodia pavore disjectâ, nullis apparentibus discipulis, nihil in

^a *Syriam*. Ponce-Pilate ne paraît avoir été procureur que de la Judée et non de la Syrie entière. Les commentateurs n'expliquent pas cette difficulté.

^b *Romana*, probablement pour *Romanorum*, qu'on aurait dû lire.

^c Sous-entendez *prædixerant*.

^d Nous prions les élèves de réfléchir spécialement sur cet endroit, et de lire saint Marc, ch. xv, 44. Tout ce chapitre de Tertullien est tracé de main de maître. Nos littérateurs ont donné peu de portraits aussi vigoureusement esquissés. La force, le génie de cet homme consiste, en grande partie, dans la connaissance raisonnée qu'il a acquise de notre divin Seigneur et Sauveur Jésus-Christ, qui a dit lui-même à son Père: La vie éternelle, la voici: c'est que les hommes vous connaissent, vous, le seul vrai Dieu, et Jésus-Christ que vous avez envoyé. Lisez sur la connaissance de notre Seigneur le P. Saint-Jure et M. l'abbé Combalot.

^e Voyez la chronique d'Eusèbe, où se trouvent les témoignages de Phlégon et de Thallus, auteurs païens, qui avaient consigné dans leurs écrits la relation de l'obscurcissement du soleil, au moment de la mort de notre Seigneur.

sepulcro repertum est, præterquam exuvia sepulcri. Nilominus tamen primores, quorum intererat et scelus divulgare, et populum, vectigalem et famularem sibi, a fide revocare, surreptum a discipulis jactitaverunt. Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne impii errore liberarentur, ut et fides, non mediocri præmio destinata, difficultate constaret^a. Cum discipulis autem quibusdam, apud Galilæam, Judææ regionem, ad quadraginta dies egit, docens eos quæ docerent. Dehinc ordinatis^b eis ad officium prædicandi per orbem, circumfusâ nube in cælum est ereptus, multò melius quàm apud vos asseverare de Romulis Proculi^c solent.

71. Ea omnia super Christo Pilatus, et ipse jam pro sua conscientia christianus, Cæsari tunc Tiberio nuntiavit. Sed et Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent sæculo necessarii, aut si et christiani potuissent esse Cæsares^d. Discipuli quoquè, diffusi per orbem ex præcepto magistri Dei, paruerunt, qui et ipsi a Judæis insequentibus multa perpassi, utique pro fiducia veritatis libenter, Romæ postremò, per Neronis sævitiam, sanguinem christianum seminaverunt^e.

^a *Constare*, reposer, être fondé sur.

^b *Ordinare*, établir, créer, ordonner, régler. Tite-Live a dit: « Scipio, posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinavit centuriavitque. » Liv. ix. — Suétone, dans la *Vie de Vespasien*, dit aussi: « Quemdam è caris ministris... ad se vocavit, exactaque pecuniâ (ce que n'a pas fait notre Seigneur)... sinè mora » ordinavit. »

^c *Proculi*, les Proculus. On sait qu'un individu de ce nom osa soutenir qu'il avait vu de ses yeux Romulus monter au ciel.

^d Cette singulière, cette étonnante pensée, a été développée par Bossuet, *Serm. sur l'unité de l'Église*, 1^{re} part.; *Panégyr. de saint Thomas de Cantorbéry*, 2^e point; par Fénelon, *Disc. pour le sacre de l'électeur de Cologne*, 1^{er} point; par Bourdaloue, *Serm. pour la fête de tous les Saints*, 3^e part.; Cf. Rohrbacher, *Hist. univ. de l'Église catholique*, t. XXVI, liv. LXXXVIII, § 3.

^e *Seminaverunt*, semèrent; cette expression énergique fait pres-

72. Sed monstrabimus vobis idoneos testes Christi, ipsos illos, quos adoratis. Multum est si eos adhibeam, ut credatis christianis, propter quos non creditis christianis. Interim hic est ordo nostræ institutionis. Hunc edidimus et sectæ et nominis censum cum suo auctore. Nemo jam infamiam incutiat, nemo aliud existimet, quia nec fas est ulli de sua religione mentiri. Eò enim quòd aliud a se coli dicit quàm colit, negat quòd colit, et culturam in alterum transfert, et transferendo jam non colit quòd negavit. Dicimus, et palàm dicimus, et vobis torquentibus, lacerati et eruenti vociferamur : Deum colimus per Christum. Illum hominem putate : per eum et in eo se cognosci vult Deus et coli.

73. Ut autem Judæis respondeamus, et ipsi Deum per hominem Moysen colere didicerunt. Ut Græcis occurram, Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiæ, initiationibus homines obligaverunt^a. Ut ad vos quoquè, dominatores gentium, aspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus operavit. Licuerit et Christo commentari^b divinitatem, rem propriam; non qui rupices^c et adhuc

sentir la pensée exprimée dans le dernier chapitre, que ce qui fait germer des chrétiens, c'est le sang des martyrs, qui est une véritable semence.

^a *Obligare*, comme *religare*, d'où le mot religion, ce qui relie et rattache les hommes entre eux et avec Dieu.

^b *Commentari* (*commentum*, fiction), supposer, feindre, inventer; rêver, aspirer à; s'arroger, assumer.

^c *Rupices*, stupides, grossiers (de *rupes*, rochers, quoique d'autres fassent dériver ce mot d'une autre source). — Quant à Orphée, c'est plutôt un personnage fabuleux qu'une figure historique. On n'en sait rien de certain. — Musée paraîtrait avoir vécu treize ou quatorze siècles avant Jésus-Christ. — Mélampus et Trophonius appartiennent aussi à la fable. — Numa seul semble moins inconnu. La littérature latine, l'histoire romaine, nous ont fait connaître ses communications avec la nymphe Egérie, et l'autorité

feros homines, multitudine tot numinum demerendorum attonitos efficiendo, ad humanitatem temperaret, quod Numa; sed qui jam expolitos, et ipsà urbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet^a. Quærite ergò, si vera est ista divinitas Christi. Si ea est, quæ cognitâ ad bonum quis reformatur, sequitur ut falsa renuntietur quævis alia, contrariâ compertâ; in primis illa, quæ, delitescens sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis, et miraculis, et oraculis, fidem divinitatis operatur.

CHAPITRE XXII.

Nature, pouvoir, fourberies, prestiges, oracles, dépendance et aveu des démons.

74. Atque ad eò dicimus^b esse substantias quasdam spirituales, nec nomen novum est. Sciunt dæmonas philosophi, Socrate ipso ad dæmonii arbitrium expectante^c. Quidni? cùm et ipsi dæmonium adhæsisse a pueritia dicatur, dehortatorium planè a bono. Dæmonas sciunt poetæ; et jam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat; nam et Satanam principem hujus mali generis, proinde de propria conscientia animæ, eadem execra-

qu'il lui a empruntée pour se faire obéir de ces races sauvages du vieux Latium.

^a *Oculare*: nous avons vu naguère *reluminare*; ces deux mots sont de la même fabrique, et la jurisprudence ne les rejette pas.

^b En effet, nous disons, etc.

^c Socrate, qui n'avait pas mal d'esprit pour un païen, ne voulait jamais prendre son parti, dans une affaire sérieuse, qu'il n'eût consulté son démon, et n'en eût reçu une réponse. C'était là une jonglerie bien peu philosophique. Cf. Platon, *Apologie de Socrate*.

menti voce pronuntiat^a. Angelos quoque etiam Plato non negavit : utriusque nominis testes esse vel magi adsunt^b. Sed quomodo de angelis quibusdam, suâ sponte corruptis, corruptior gens dæmonum evaserit, damnata a Deo cum generis auctoribus, et cum eo, quem diximus, principe, apud litteras sanctas ordine cognoscitur^c.

75. Nunc de operatione eorum satis erit exponere. Operatio eorum est hominis eversio. Sic malitia spiritalis a primordio auspicata est^d in hominis exitium. Itaque corporibus quidem et valetudines infligunt^e, et aliquos casus acerbos; animæ verò repentinos et extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad utramque substantiam hominis adeundam subtilitas et tenuitas sua. Multum spiritalibus viribus licet, ut^f invisibiles et insensibiles in effectu potiùs quàm in actu suo appareant : si poma, si fruges nescio quod auræ latens vitium in flore præcipiat, in germine examinat, in pubertate^g convulnerat, ac si

^a Quoi qu'il en soit, il ne paraît pas que les Romains aient connu le nom de Satan. Du temps de Tertullien (*et jam*), ils l'avaient appris des chrétiens.

^b *Testes esse adsunt*, sont là pour l'attester. A moins qu'on ne lise *utriusque nominis esse (dæmonas) testes vel magi adsunt*.

^c Si l'on pressait le sens de cette phrase, on pourrait y trouver sinon une hérésie formelle, au moins une opinion hasardée. Les démons ne sont pas issus des anges pervers. Chaque individu, créé de Dieu, est déchu pour son propre compte, et demeure immuablement déchu, irrévocablement dégradé. Tertullien veut-il dire que les anges, pervertis par les chefs de la révolte, sont devenus pires que les chefs eux-mêmes?

^d *Auspicata est*, elle a commencé par. Suétone a dit, en parlant d'Auguste : « *Militiam auspiciantibus non tribunatum modò legio- num, sed etiam præfecturas alarum dedit.* » On dit encore : *Vitam a suppliciis auspiciari*. Bossuet a profité de ces deux phrases si riches.

^e Cette puissance des esprits mauvais est toujours subordonnée sinon à la volonté directe, au moins à la permission de Dieu.

^f *Ut*, de sorte qu'en réalité ..

^g *Pubertas*, croissance, avancement vers la maturité.

cæcâ ratione^a tentatus aer pestilentes haustus suos of- fundit. Eâdem igitur obscuritate contagionis aspiratio dæmonum et angelorum, mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis fœdis, ac sævis libidinibus, cum erroribus variis, quorum iste potissimus quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat, ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis procuret, simulacris et imaginibus oblata. Et quæ illis accuratior pascua est, quàm ut hominum a recogitatu veræ divinitatis avertant præstigiis falsæ divinationis? Quas et ipsas quomodo operentur, expediam.

76. Omnis spiritus ales; hoc et angeli et dæmones. Igitur momento ubique sunt; totus orbis illis locus unus est : quid ubi^b geratur tam facilè sciunt quàm enun- tiant. Velocitas divinitas creditur, quia substantia igno- ratur; sic et auctores interdum videri volunt eorum quæ annuntiant. Et sunt planè malorum nonnunquam; bo- norum tamen nunquam. Dispositiones etiam Dei, et tunc prophetis concionantibus exceperunt, et nunc lectioni- bus resonantibus carpunt^c. Ita et hinc sumentes quas- dam temporum sortes^d, æmulantur divinitatem, dum furantur divinationem. In oraculis autem, quo ingenio ambiguitates temperent^e in eventus, sciunt Cræsi, sciunt

^a *Cæcâ ratione*, par un principe secret, une cause occulte.

^b *Ubi*; d'autres lisent *ubique*; pour *ubi aliquid*, dans le premier cas.

^c *Carpunt*, ils recueillent. Ainsi les démons entendraient la voix extérieure, ou du moins verraient la pensée dans l'imagination. Cependant, quand nous formons un dessein au fond de notre âme sans le manifester par aucun signe, aucune parole, Dieu seul en est témoin, et ceux à qui il veut en donner connaissance.

^d *Temporum sortes*, pronostics des temps et des saisons, secrets d'avenir.

^e *Temperare in*, faire cadrer, concorder avec, accommoder à.

Pyrrhi^a. Cæterùm testitudinem decoqui cum carnibus pecudis Pythius eo modo renuntiavit, quo suprâ diximus^b : momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aeris, et de vicinia siderum, et de commercio nubium, cœlestes sapere paraturas^c, ut et pluvias, quas jam sentiunt, repromittant. Benefici^d planè et circa curas valetudinum. Lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt, ad miraculum^e nova, sive contraria; post quæ desinunt lædere, et curasse creduntur. Quid ergò de cæteris ingeniis^f, vel etiam viribus^g fallaciæ spiritualis edisseram? Phantasmata Castorum, et aquam cribro gestatam, et navem cingulo promotam, et barbam tactu

^a Crésus et Pyrrhus, ayant consulté l'oracle avant de s'engager dans des guerres périlleuses, en reçurent l'un et l'autre une réponse ambiguë, qui leur promettait également une victoire ou une défaite. La réponse faite à Crésus annonçait qu'il détruirait un grand empire, et ce fut le sien. A Pyrrhus il fut dit :

Aio te, Eacida, Romanos vincere posse.

^b Crésus avait envoyé porter à Apollon une lettre secrète dans laquelle il lui demandait de dire à ses députés ce qu'il faisait en Lydie au moment où ceux-ci le consultaient à Delphes. Crésus faisait cuire une tortue avec d'autres viandes, et l'oracle le dit aux ambassadeurs. Ce fut alors que Crésus, plein de confiance, l'envoya consulter, et que le dieu répondit :

Intrepidus si Cræsus Halym transi-erit amnem,
Imperium perdet magnum, regnumque superbum.

^c *Habent sapere paraturas*, ils peuvent pressentir les dispositions. Cicéron écrivait à Lentulus : « De Alexandrina re causaque » regia, tantum habeo, me polliceri, me tibi absenti, etc. » *Paratura*, comme on dit *scissura*, *commissura*, *divisura*, *volatura*, *cultura*.

^d *Benefici*, ou plutôt *venefici*, comme lisent quelques autres.

^e *Ad miraculum*, merveilleusement, étonnamment, jusqu'au miracle.

^f *Ingeniis*, prestiges, inventions, détours, ruses ingénieuses.

^g *Viribus*, prodiges, effets qui supposent de la puissance.

irrufatam^a; ut numina lapides crederentur, et Deus verus non quæreretur.

CHAPITRE XXIII.

Fantômes évoqués par les magiciens et les démons. — Défi incroyable.

77. Porrò si et magi phantasmata edunt, et jam defunctorum inclamant^b animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt^c, si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt, si et somnia immittunt, habentes semel invitatorum^d angelorum et dæmonum assistentem sibi potestatem, per quos et capræ, et mensæ divinare consueverunt^e; quantò magis ea potestas de suo arbitrio,

^a Suivant une tradition, rapportée deux fois par Plutarque, on aurait vu à Rome Castor et Pollux parcourir à cheval les rues de cette ville pour y annoncer la victoire de Paul-Émile sur Persée. Un certain Domitius aurait vu sa barbe devenir rousse à l'attouchement de Castor et en preuve de la vérité du message de ce dieu. De là son nom d'Ahénobarbus. — La vestale Tucia aurait une fois porté de l'eau dans un crible. Une autre, nommée Claudia, aurait débarrassé des eaux du Tibre le vaisseau qui apportait de Pessinunte à Rome la statue de Cybèle, et cela en le tirant avec sa ceinture, en guise de câble.

^b *Inclamant*, appellent, évoquent, font revenir. D'autres lisent *infamant*, même sens; de plus, avilissent, dégradent.

^c *Eliciunt*, ils font paraître, ils attirent, ils amènent. Ailleurs on lit *elidunt*, ils étouffent... pour obtenir des réponses. — Le démon a été homicide dès le principe, et l'histoire, depuis, ne l'a que trop démontré.

^d *Semel invitatorum*, une fois invoqués par un pacte qui dure (*invitare*, convoquer). Par les anges, Tertullien entend ici les mauvais anges ou les démons, les esprits pervers.

^e A Delphes, c'étaient d'abord des chèvres qui rendaient les oracles, selon Diodore de Sicile, liv. xvi. Plus tard le trépied, ou la table, fut recouverte d'une peau de chèvre. La ventriloquie jouait un grand rôle dans la reddition des oracles. Le magnétisme n'y était peut-être pas étranger non plus.

et pro suo negotio studeat totis viribus operari, quod alienæ præstat negotiationi^a; aut si eadem et angeli et dæmones operantur quæ et dii vestri, ubi est ergò præcellentia divinitatis, quam utique superiorem omni potestate credendum est? Non ergò dignius præsumetur ipsos esse, qui se deos faciant, cum eadem edant quæ faciant deos credi^b, quàm pares angelis et dæmonibus, deos esse? Locorum differentia distinguitur^c, opinor, ut a templis deos æstimetis, quos alibi deos non dicitis: ut aliter dementire videatur qui sacras turres pervolat, aliter qui tecta vicinæ transilit. Compar exitus furoris, et una ratio^d est instigationis. Sed hæc verba; jam hinc demonstratio rei ipsius, quæ ostendemus unam esse utriusque nominis qualitatem.

78. Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem dæmone agi constet. Jussus a quolibet christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quàm alibi deum de falso. Æquè producat aliquis ex iis, qui de deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando conantur, qui anhelando profantur^e. Ista ipsa virgo Cœlestis^f pluviarum pollicitatrix, iste ipse Æsculapius medicinarum demonstrator, aliâ die moriturus Socordio et Thanatio

^a *Negotiationi*, aux intérêts, à l'intérêt, à l'avantage.

^b *Faciant deos credi*, qui font croire qu'il y a des dieux. Sénèque a dit : *Fecit Panormitanos Romanis se dedere*. Virgile a dit de même :

Qui nati coram me cernere letum
Fecisti.

(*Énéide*, II, 538.)

^c *Distinguitur*, est distinguée, met une distinction. Ironie.

^d *Ratio*, principe, auteur, cause.

^e Toutes ces simagrées des devins et des pythonisses ressemblent beaucoup à celles des somnambules modernes.

^f Cœleste, déesse des Carthaginois, probablement la même que Junon. On l'invoquait pour avoir de la pluie.

et Asclepiodoto^a vitæ sumministrator, nisi se dæmones confessi fuerint, christiano mentiri non audentes, ibidem illius christiani procacissimi sanguinem fundite. Quid isto opere manifestius? Quid hæc probatione fidelius? Simplicitas veritatis in medio est. Virtus illi sua assistit: nihil suspicari licebit. Magia, aut aliqua ejusmodi fallacia fieri dicetis, si oculi vestri et aures permiserint vobis. Quid autem injici^b potest adversus id, quod ostenditur nudâ sinceritate?

79. Si alterâ parte verè dei sunt, cur sese dæmonia mentiuntur? An ut nobis obsequantur? Jam ergò subjecta est christianis divinitas vestra: nec utique divinitas deputanda est, quæ subdita est homini, et, si quid ad dedecus facit^c, æmulis suis. Si alterâ parte dæmones sunt, vel angeli, cur se alibi pro diis agere^d respondent? nam sicut illi qui dii habentur, dæmones se dicere nolissent, si verè dii essent, scilicet ne se de majestate deponerent; ita et isti non auderent alibi pro diis agere, si aliqui omnino dii essent, quorum nominibus utuntur^e? Vererentur enim abuti majestate superiorum sinè dubio,

^a Trois noms inventés à plaisir, et qui ont une signification satirique. *Socors*, lâche, paresseux; *thanatius*, mortel; *asclepiodote*, présent d'Esculape.

^b *Injici*, être objecté, opposé, dans le sens d'*objici*.

^c *Ad dedecus facit*, contribue à leur déshonneur. Sénèque: « Non facit ad aulam contumacia. » (*De Tranquillit. animæ*, c. 4.) — Quintilien: « Faciunt hæc ad inclinationem causæ. » Suétone: « Nihil æquè facit ad viperæ morsum, quàm taxi arboris succus. » *Claude*, ch. 16. — Ce raisonnement si simple est péremptoire.

^d *Pro diis agere*, se donner pour dieux, jouer le rôle de dieux, être acteur à la place des dieux, agir en dieux. Cicéron a dit: *Se pro civè gerere*, agir, se comporter en citoyen.

^e Un célèbre religieux demandait naguères à professer la philosophie, disant qu'il aurait plaisir à enseigner aux jeunes gens à raisonner juste: chose, ajoutait-il, qui devient plus rare de jour en jour. Que la jeunesse lise Tertullien et elle apprendra à raisonner juste avec des idées claires et lucides.

et timendorum. Adeò nulla est divinitas ista quam tenetis; quia si esset, neque a dæmoniis affectaretur, neque à diis negaretur. Cùm ergò utraque pars concurrat in confessionem deos esse negans, agnoscite unum genus esse, id est, dæmonas. Verum^a utrobique. Jam deos quærite: quos enim præsumpseratis, dæmonas esse cognoscitis. Eàdem verò operà nostrà ab eisdem diis vestris, non tantùm hoc detegentibus^b, quòd neque ipsi dii sint, neque ulli alii, etiam illud in continentibus^c cognoscitis, qui sit verè Deus; et an ille, et an unicus, quem christiani profitemur; et an ita credendus colendusque, ut disciplina disposita est^d christianorum.

80. Dicant ibidem, equis ille Christus cum sua fabula^e? si homo communis conditionis? si magus? si post mortem de sepulcro à discipulis surreptus? si nunc denique penès inferos^f? si non in cælis potiùs, et inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, sed non christianorum, ut Dei virtus, et Dei spiritus, et sermo, et sapientia, et ratio, et Dei filius? quodcumque ridetis, rideant et illi vobiscum. Negent Christum, omnem ab ævo animam, restituto corpore, iudicaturum. Dicant hoc^g, pro tribunali, si fortè,

^a Verum, la vérité, ce qu'il a de vrai.

^b Mais en même temps que par notre opération vos dieux nous dévoilent, etc.

^c In continentibus, par là même, par suite, par conséquent, incontinent, tout de suite.

^d Disposita est, comme est disposée, réglée, établie, organisée.

^e Fabula est pris ici dans le sens d'histoire fabuleuse, ou du moins hypothétique, problématique. Il avait dit ci-dessus: Supposons que ce soit une fable.

^f Penès inferos, parmi les morts, au sein de la terre, renfermé, emprisonné dans les souterrains, dans les régions inférieures. « Descendit quidem ad inferos, at resurrexit tertià die; ascendit » ad cælos, ubi sedet ad dexteram Patris. »

^g Dicant hoc, c'est comme s'il y avait: « Dicant dii vestri, di-

Minoem et Rhadamanthum, secundùm consensum Platonis et poetarum, esse sortitos. Suæ saltem ignominie et damnationis notam refutent: renuant se immundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine, et fumo, et putidis rogis pecorum, et impuratissimis^a linguis ipsorum vatium intelligi debuit; renuant ob malitiam prædamnatos se in eundem iudicii diem, cum omnibus cultoribus et operatoribus suis^b.

81. Atqui omnis hæc nostra in illos dominatio et potestas de nominatione Christi valet, et de commemoratione eorum quæ sibi à Deo per arbitrum Christum imminetia expectant. Christum fidentes in Deo, et Deum in Christo, subjiciuntur servis Dei et Christi. Ita de contactu, deque afflatu nostro, contemplatione et representatione^c ignis illius correpti, etiam de corporibus, nostro imperio, excedunt inviti et dolentes, et vobis præsentibus erubescunt. Credite illis, cùm verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potiùs ad honorem^d. Magis fides

» cant ibidem, ante vestrum tribunal, dicant Minoem et Rhadamantum hoc munus esse sortitos, scilicet iudicandi cunctos » homines in fine sæculorum. » Ou bien: « Dicant Minoem et Rhadamantum, loco tribunalis sui humani, cui præsidebant ventes, hoc munus esse sortitos » — Minos, ancien roi de Crète, avait gouverné son île avec tant d'équité, que les poètes lui ont donné après sa mort la fonction de juge souverain des enfers. — Son frère, Rhadamanthe, eut une vie plus agitée, il parcourut divers pays, et regut, après sa mort, la qualité de juge des peuples d'Asie et d'Afrique seulement.

^a Impuratissimis, très-souillé. Térence, *In Phormione*, a dit: « Impuratus me ille ut etiam irrideat? » Et encore: « Tum hunc » impuratum poterimus nostro modo ulcisci. »

^b Leurs adorateurs et leurs ministres.

^c Representatio, représentation, image, souvenir, pensée, idée, qui rend la chose comme présente.

^d Ad honorem, par vanité, pour son honneur, sa gloire, son avantage.

proxima est in adversus^a semetipsos confitentes, quàm pro semetipsis negantes. Hæc denique testimonia deorum vestrarum christianos facere consueverunt, quia plurimum illis credendo, in Christo Domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostræ fidentiam^b ædificant. Colitis illos, quòd sciam^c, etiam de sanguine christianorum. Nollent itaque vos, tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne a vobis, quandoque an^d christianis, fugentur, si illis, sub christiano volente vobis veritatem probare, mentiri liceret.

CHAPITRE XXIV.

Les dieux du paganisme n'étant pas des dieux, de leur propre aveu, ce n'est pas un crime de ne pas les adorer. Rien n'est si libre que le choix d'une religion. Les chrétiens seuls sont privés de cette liberté, et le vrai Dieu est le seul qu'il ne soit pas permis d'adorer.

82. Omnis ista confessio illorum, quâ se deos negant esse, quâque non alium Deum respondent præter unum

^a *In adversus*... Nous sommes obligé d'ajouter *in* au texte pour lui donner un sens. Au lieu de *proxima*, d'autres lisent : *Prona est in adversus*... C'est la leçon de Pamèle.

^b *Fidentia*, comme on dit *confidentia*, *diffidentia*; c'est la hardiesse, l'assurance, la fermeté d'âme.

^c *Quod sciam*, que je sache. Abrégé de l'expression suivante : Je ne pense pas que je le sache. Mais ici la phrase est affirmative, elle équivaut donc à : Si je ne me trompe, en latin *arbitror quod sciam*, j'imagine savoir, je crois que je sais. Quoi qu'il en soit, Térence a dit : « Non ero falsiloquus, quod sciam. » (*Capt. sc. II.*, act. 2.) Et s'il fallait, comme on dit, expliquer *obscurum per obscurius*, je supposerais que c'est comme s'il y avait : si tant est que je sache.

^d *Quandoque an*, un jour à venir, peut-être, qui sait, devenus chrétiens. *An* ne se trouve pas dans les éditions communes.

cui nos mancipamur, satis idonea est ad depellendum crimen læsæ publicæ et maximè romanæ religionis. Si enim non sunt dii pro certo, nec religio pro certo est. Si religio non est, quia nec dii pro certo, nec nos pro certo rei sumus læsæ religionis. At e contrario in vos exprobratio resultabit, qui mendacium colentes, veram religionem veri Dei non modò negligendo, quin insuper expugnando, in verum^a committitis crimen veræ irreligiositatis.

83. Nam, ut constaret illos deos esse, nonne conceditis, de æstimatione communi, aliquem esse sublimiorem et potentiorem, velut principem mundi, perfectæ potentia et majestatis? nam et sic plerique disponunt^b divinitatem, ut imperium summæ dominationis esse penès unum, officia ejus penès multos velint, ut Plato Jovem magnum, in cælo, comitatum exercitu describit deorum pariter et dæmonum : itaque oportere et procurantes, et præfectos, et præsidés pariter suspici^c. Et tamen, quod facinus admittit qui magis ad Cæsarem promerendum et operam et spem suam transfert, nec appellationem dei^d, ita ut imperatoris, in alio quàm principe confiteatur, cum capitale esse judicetur alium præter Cæsarem et dicere et audire^e? Colat alius Deum, alius Jovem;

^a *In verum*, en vérité, véritablement, en réalité, de vrai. Beaucoup d'éditions portent *in vero*; quelques-unes *in Deum*. — Ici encore l'argumentation est serrée.

^b *Disponunt*, disposent, supposent, arrangent et organisent. — Le système gouvernemental et naturel de l'humanité, a dû, en effet, servir de base aux conceptions conjecturales des philosophes et des théologiens de la gentilité.

^c *Suspici*, être honoré, ou ici, adoré (*sub aspici*).

^d Presque dès l'origine, la flatterie donnait à l'empereur le nom de dieu, on jurait par sa divinité.

^e *Audire*, d'entendre sans rien dire, de souffrir en silence, ce qui témoigne peu d'ardeur et de zèle. — Les princes sont parfois